colet eam & habitabit in ea. Deliberat & in hoc loco allegoricus
interpres & hortatur in caelestibus positos hierusalem ne audiant
prophetas suos atque diuinos somniatores & augures & maleficos.
sed ut potius seruiant nabuchodonosor. & corpus humilitatis assu
mant. infantiam uagitus & incunabula paruulorum. si enim hoc fe
cerint expleto famulatu & condicione mortalitatis humanae reuer
suros eos ad terram suam. & habitaturos in ea & operaturos quae prius
operati sunt. dicitque se suspicari eos qui di praecepta contempserint.
humanis corporibus praegrauari futuros daemonas & inmundos spiritus.
& sedem pristinam nequaquam recepturos. Nos autem simpliciter ex
ponamus & prophetas esse in gentibus qui simulent se diuino spiritu uen
tura praedicere. & diuinos de quibus & uulgare prouerbium est. aiunt
diuinare sapientes & somniatores qui imitantur ioseph & danihel. &
augures qui uolatu auium & oscinum uocibus faciendum quid uel
non faciendum denuntiant. & maleficos quos uel ueneficos possumus
appellare uel demonum fascinatibus (praestigiis) seruientes qui hebraice dicuntur
chassane. Omnis isti decipiunt in quit uos atque supplantant ne seruiatis
regi babylonis. multo enim melius est seruitutem sponte suscipere &
amicum habere cui seruias. & gentialem terram colere quam ui & ne
ς. cessitate seruire captiuos. & ad sedechiam regem iuda locutus sum se
ς. cundum omnia uerba haec dicens. Subicite colla uestra sub iugo regis ba
ς. bylonis & seruite ei & populo eius & uiuetis. quare moriemini tu &
ς. populus tuus gladio fame & peste sicut locutus est dominus ad gentem
ς. quae seruire noluerit regi babylonis. Nolite audire uerba prophe